

(5) **Sacrosancta Synodus** *et* Cum de tremendo, et sacrosancto Eucharistiae sacramento uaria diuersis in locis errorum monstra nequissimi demonis artibus circumferantur, ob quae nonnullae Prouinciae, et Nationes a S. R. E. fide atq. obedientia uideantur uel discessisse, uel propediem discessura: censuit ea, quae ad eius Sacramenti legitimum usum pertinent, hoc loco exponenda esse Quapropter cunctis Christi fidelibus interdixit, ne posthac de his aliter uel credere, uel docere uel predicare quisq. audeat, quam est his Decretis explicatum, ac definitum

Principio itaq. S. Synodus a Spiritu sancto, qui Spiritus est sapientiae, et intellectus, Spiritus consilij, et pietatis, edocta, atq. ipsius Ecclesiae iudicium, et consensum sequuta declarauit, ac docet, nullo ex sacris literis praecipito, Sacerdos, et clericos non confidentes obligari ad Eucharistiae Sacram. sub utraq. specie sumendum: Neq. ullo pacto dubitari posse, quin illis alterius speciei comunicatio ad salutem sufficiat. Nam, etsi Christus Dominus in ultima coena uenerabile hoc Sacramentum in panis et uini speciebus instituit, et Apostolus tradidit; non tamen illa institutio et traditio eam uim habere existimari debet, ut omnes Christi fideles, statuto Domini, ad utramq. speciem accipiendam astringantur. Sed neq. illa uerba Domini Nisi manducaueritis *et* ita accipi debent, ut ys utraq. species Sacerdos praecipatur. Nam, quamuis con-
cedi possit, ea uerba ad Eucharistiae sacramentalem
sumptionem pertinere; ex illis tamen non recte colligitur panem manducandum, et calicem bibendum a Dno praecipitum esse. Cum idem Dns sermonem suum uno uerbo ab-
soluens, dicat. Qui manducat hunc panem uiuet in aeternu

F. salua fide

2

Præterea, declarat hanc potestatem in Ecclesia perpetuam
 ut in sacramentorum dispensatione, ea statueret, uel mutaret
 quæ suscipientium utilitati, seu ipsorum Sacramentorum
 uenerationi, pro zorum, temporum, seu ipsorum Sacramentorum
 et locorum uarietate magis conuenire iudicaret.

Id autem Apostolus non obscure testatus est, cum inquit
 Sic nos existimet homo, ut ministros Christi; et dispensa-
 tores mysteriorum Dei; Atq; ipsum quidem hac potestate
 usum esse satis constat, cum in multis alijs, tum in hoc
 ipso Sacramento, cum ordinatis nonnullis circa eius
 usum, cetera, inquit, cum uenero disponam. Quare
 agnoscens s. mater Ecclesia hanc suam in administra-
 tione Sacramentorum auctoritatem, licet ab initio
 Christiana religionis frequentior utriusq; speciei uis
 fuisset; tamen progressu temporis latissime eam mu-
 tata illa consuetudine, eadem postea Ecclesia graui
 et iustis causis adducta, sane consuetudinem sub
 altera specie comunicandi approbavit, et pro lege
 habendam decreuit.

3

Insuper declarat, quamuis Redemptor noster (ut ante dictum
 est, in suprema illa cana hoc sacramentum in duobus
 speciebus instituerit: tamen fatendum est etiam sub
 alterutra specie totum, atq; integrum Christum, uerum
 et legitimum Sacramentum sumi: ac propterea eun-
 dem gratia fructum (qua quidem ad reficiendam
 conseruandam, et augendam uitam spirituales
 necessaria sit) percipi ab ijs qui unam solum
 atq; ab ijs qui utramq; accipiunt.

4

Demum eadem s. Synodus docet paruulos usu rationis
 carentes, nulla obligari necessitate ad sacramentali
 eueracitiam ~~comunionem~~: siquidem per Baptismi lauacrum
 regenerati, et Christo incorporati adeptam eam

filiorum Dei gratiam in illa etate amittere non possunt
neg ideo tamen damnanda est antiquitas, qua cum
morem in quibusdam locis aliquando seruauit cum
non salutis necessitate, sed pietatis et deuotionis
studio adducta ita faciendum iudicauit

1 Si quis dixerit ex Dei precepto, uel ex necessitate
salutis, omnes et singulos Christianos utramq[ue] spem
S. mi Eucharistia Sacramenti sumere debere Anath. sit

1 Vel Si quis dixerit sancta Eucharistia comunione
sub utraq[ue] specie omnibus Christianis necessariam
esse, uel comunione sub altera ad salutem non
sufficere Anathema sit.

2 Si quis dixerit s. Ecclesiam Cath. non iustis causis
et rationibus adductam fuisse, ut laicos atq[ue] et clericos
non congruentes sub panis tantummodo specie comunicaret,
aut in eo errasse Anathema sit

3 Si quis negauerit totum, et integrum Chm, omnium
gratiarum fontem, et auctorem, sub una panis specie
sumi, quia non secundum Christi Institutionem
sub utraq[ue] specie sumitur. Anathema sit

4 Si quis dixerit paruulis, antequam ad annos
discretionis peruenerint, necessariam esse Eue.
Comunionem Anathema sit.

3. sesi. de eu- } sumi aut uolui sacra^m hoc tanq[ue] spiritalem aiarp cibum
cha^a c. 2. } quo alant^r et confortant^r uiuentes uita illius qui dixi qui
sub julio. 3. } madiuat me et ipse uiuet ppter me. et tanq[ue] antido-
tum quo liberemur a culpis quotidianis. /

... Sacramentum ...
... indicaret ...
... cum inquit ...
... et dispensat ...

... tum in ...
... nulla circa ...
... manet ...

... ab ...
... specie ...
... cum ...
... cetera ...

... et pro ...
... ut ante ...
... in ...

... etiam ...
... in ...
... per ...

... in ...
... in ...
... in ...

... in ...
... in ...

fol 21